



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Visitatione Ecclesiae vbi conuentus habetur. Tit. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

**T**er, utilitatibus spiritualibus apie accedit: modabitur capita autem rerum de quibus dicturus est, cu Vicario communicabit. Illud porro meminerit, se ad populum concessionem habere, non ad clerus, ideo eam cautionem adhibebit, ne sacerdotum & cleri mores publicè reprehendat, sed eorum dignitatem dilaudet, ac tueatur: ac de populi erga parochos, ceterosque ecclesiastici ordinis homines officii atque obseruantia, vt poterit, accuratissime dicet.

**Q**uod si Vicarius id opportunum esse duxerit, vt ad clerum etiam aliqua concio habeatur atque instituantur, tunc absolutis omnibus officiis quæ praesente populo aguntur, eoque dimisso, ipse, aut aliis eius iuslù breuiter clero concionetur: at illud videat, vt ne ob eam causam populus propria concione careat. Concionari clerus superpellicis induitus loco maxime conspicuo ab initio vñque ad finem interfit.

Quicunque fine Vicarii auctoritate, aut absq; iusta causa, quam ipse cognoscet, absuerit, solidis decem multietur. Vicarius porro absentiae causam excusationemq; nullā nisi necessariā accipiat.

#### DE S A N C T I S S I M A Communione.

T I T. X I I .

**S**anctissimam Eucharistiam diaconi, subdiaconi, clericiq; inferiorum ordinū ritè intra Missarū solennia sumant: deinde laici, qui confessi sumpturi sunt.

#### DE MAGISTRO CÆREMO- niarum, chorū p̄slecto, & punctatoribus.

T I T. X I I I .

**C**eremoniarū magister, chorū p̄fectus, & punctatores ad conuentus celebritatem adhibeantur, quos Episcopus delegebit.

Si qua autem in re qui ad conuentum veniunt, minus exercitati erunt, corū opera sese edoceri curabunt, qui in Ecclesia cathedrali ijs munericibus funguntur.

#### DE V I S I T A T I O N E E C C L E- SIA vbi conuentus habetur.

T I T. X I I I I .

**S**Acris, & ceteris quæ supra mox demonstrata sunt, peractis, Vicarius aliis etiam præsentibus, superpellico, & stola indutus, eam ecclesiam breui & quasi summatum visitabit: nimirumque perspicet tantummodo, qua ratione sanctissimum Sacramentum asservetur, & quo item modo reliquæ sacræ, vtq; se habeat Baptisterium, sacrarium, sacra olea, sacrificia, suppelle ecclesiastica, libri, & cetera id generis.

Videbit item ea, quæ ad illam ecclesiam bene ordine que statuendum Episcopus aut eius generales Visitatores decreuerunt, an exequitionem habuerint.

Ecclesiæ visitatione breuiter absoluta, Vicarius initio aut in fine congregatio- nis, prout expedire viderit, ipsos etiam ecclesiasticos hoies diligenter inspiciet.

An tonsura decenti.

An barba ad præscriptum.

An vestitu præscripto.

An superpellico mundo ac decenti induti sint.

An breuiarium, & calendarium anni- uersarium habeant.

An confessionum testificationes proba biles habeant.

Breui item interroget.

De Missæ celebrâdæ ritu & cæmonijs.

De diuinij officiū recitandi modo & ri- tu, pro festi dici, aut feriæ ratione.

De ritu administrandi sacramenta.

De exercitatione orationis, præsertim mentalis.

De vita sacerdotalis ratione.

De studijs.

De visitatione & cura infirmorum.

De alijs præterea generatim ac breuiter serutabitur, quæ pro prudentia sua vide rit expedire, prout ratio personarum, & temporis spatium tulerit.

#### DE R E F E C T I O N E .

T I T. X V .

**H**is ita gestis, omnes ecclesiastici q; in conuentu adfuerunt, in parochiædes, vbi se cibo reficiant, non turbulenter